HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 122v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tem in deserto in ipso exaltauerunt. Tunc factus
est super humerum eius principatus. quia per tropheum cru
cis celestibus et terrestribus a patre est princeps elatus.
et quia ille magni consilii angelus ad lignum scilicet
crucis in piscinam descendit. in iudeam. et eam
signis et prodigiis commouit. unus descendens in aquam
sanatur. utique xpianus populus qui in undam baptisma
tis descendens regnatur. Hec sancta crux. est uectis
in quo duo botrum portauerunt. quia precedentes
prophete et apostoli sequentes xpm in cruce. ut botrum
in uecte pendentem. predicationibus mundo in porta
uerunt. Hec uirga est hami in salum sancti a patre
missi. in quo leuiathan capitur. ac preda deuo
rata de eius uentre extrahitur. Hec est malus
ecclesie nauis dicitur. in qua dum uelum fidei apenditur.
bonorum operum rudentibus; huic inde tenentibus;
et sic ecclesia ligno uecta. flamme spiritus sancti tangentes
mundi fluctus secura transnauigat. et adoptatum
perhennis uite portum gaudens applicat. Crux
erat olim degenere supplicio inuenta. cruciatui
turpiter dampnandorum. sicut hodie fures et latro
nes suspendio strangulantur. qui alio exitu